

www.e-rara.ch

Argumenta omnium, tam Veteris quam Novi Testamenti, capitum

Gwalther, Rudolf

Tiguri, anno [15]47

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: VIII bis 103

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-4895>

Liber Esdrae III.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

- 4 *Disceito quàm magni sit lata potentia Regis,
Hunc mulier, Verum hanc uincere forte solet.
Immunes patriam rursus mittuntur in urbem,
Ut patrio adificent templa domusq; Deo.*
- 5 *Dimissos numerat peregrina è gente tribules,
Et quæ dimissis Rex pia dona dedit.
Aedificant aram templumq; locare parabant,
Impedit inceptam gens aliena domum.*
- 6 *Inceptum Syriae proceres subuertere templum
Omnibus incumbunt nocte dieq; modis.
Scribitur & fallax Dario litera Regi,
Hic uotum Cyri praualuisse iubet.*
- 7 *Splendida diuini consurgunt culmina Templi,
Dedicat & sacram dextera sancta domum.
Hinc læto sanctum celebrantes pectore pascha
Altisoni laudes & benefacta canunt.*
- 8 *In patriam fœlix à Rege remittitur Esdras.
Hic ueniens populi crimina fœda uidet.
Impia deplorat reprobæ connubia gentis,
Quæ fœdis dederat cæca libido uiris.*
- 9 *Impia cum reprobis connubia facta resoluunt,
Et lachrymis deflent crimina fœda pijs.
Prælegitur cunctis summi lex sancta Tonantis.
Splendida latanti pectore sacra colunt.*

LIBER ESDRAE IIII.

In Cap. 1.

- *Bijcit ingratae crudelia crimina genti,
Et numerat mitis tot benefacta Deus.
Me quia reijcitis simili uos lege repellam,*

K 5

Liber

- Atq; dabo genti munera tanta nouæ.*
- 2 *Luctificis natos plorat Synagoga querelis,
Hinc gentes suauis uoce uenire iubet.
Solatur tristes & dulcia commoda pandit,
Iustorum capiti digna corona datur.*
- 3 *Reppetit afflictus Domini miracula, quæ sint
Iudicia illius corde dolente gemit.
Affligis nostros, sed cur non gentibus illa
Pœna datur, nullam quæ coluere fidem?*
- 4 *Angelus ætherea reprehendit uoce querelas,
Quas dederat tristi corde propheta gemens.
Cum tua non possis, quæ sunt terrena, uidere,
Cur petis altisoni quærere fata Dei?*
- 5 *Tristia commemorat sæcli nunc signa futuri,
Ieiuno rursum uentre propheta dolet.
Angelus at rediens uarijs sua dicta retundit
Vocibus, & prohibet quærere fata Dei.*
- 6 *Se docet esse Deus solum, qui cuncta gubernet,
Et uati uotis fit satis inde suis.
Denuo ieiunat, tristeis funditq; querelas,
Quod populus tristis uincula dura gerat.*
- 7 *Ad uitam introitus angusta est ianua parui.
Maiorumq; refert crimina dira Deus.
Inde etiam narrat uenturi tempora CHRISTI,
Quæq; tenet mitis iura benigna pater.*
- 8 *O Deus inspicias tandem te rite colentes,
Reddere nec cupias præmia digna malis.
Ille refert, Non est quod nos nunc multa preceris,
Gratia danda pijs, suppliciumq; malis.*
- 9 *Denuo uenturi describit tristia sæcli*

- Signa, quibus dicet iura tremenda Deus.
 Ducitur in campum flores comeditq; uirentes,
 Apparet tristi femina mœsta uiro.
- 20 Lugentem nati solatur funera matrem.
 Hæc multum exclamans lata per arua fugit.
 Aedificant magnis surgentem mœnibus urbem,
 Quæ post ponendæ tecta decora notet.
- 21 Monstrosas aquilæ pingit pennasq; caputq;.
 Quæ terræ leges imperiumq; tenent.
 Territat hanc atrox furibundi sermo Leonis,
 Qui canit horrendis fata dolenda minis.
- 22 Exponit quæ sint aquilæ fortissima regna,
 Et quis regnorum tum quoq; finis erit.
 Inde dies septem nemorosa in ualle moratur,
 Cum reditum uatis turba relicta rogat.
- 23 E Pelago cernit summum conscendere litus
 Qui flatu perdit agmina multa suo.
 Quæ dum miratur stupefacto pectore Vates,
 Exponit uisi mystica signa Deus.
- 24 Exaudit Dominum sancta se uoce monentem,
 Perdita qui Legis scribere uerba iubet.
 Inde quater denis Domini lex sancta diebus
 Scribitur, & summi iussa colenda Dei.
- 25 Venturæ populo trepidanda pericula pœnæ
 Enumerat: factis præmia digna ferent.
 Quod uiuant gladio, scortentur corde nefando,
 Conteret afflictos ensis & atra fames.
- 26 Gentibus hic reliquis diuini numinis iram,
 Et quæ sint sceleri fata parata refert.
 Admonet, ut melius uiuant, si uiuere curent,
 Solatur sanctos hinc Deus ipse suos.